UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

# Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi

**Johannes <Climacus>**

**Coloniae, 1583**

**VD16 J 520**

Michael Isseltivs Candido Lectori.

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-55433

Visual Library

# MICHAELIS SELTIVS CANDIDO LECTORI.

HABES, candide lector, Sanctiss. Abbatis Io-
annis Climaci scalam paradisi, ex corruptis-
sima nũc multo emẽdatiorem Quod si ve-
ro in quibusdam locis (id quod aliquando futu-
non dubitamus ) hærere te, mentemq; auctor-
vel propter translationis obscuritatem, vel lo-
corruptelam, non satis assequi contingat: veniam
precamur. Non enim in vno loco, nõ in vocibus
aut literis, sed toto corpore, integrisq; sententiis
æditio prior erat corruptissima: quod facile de-
prehendes, si antiqua exemplaria Camaldulen-
sis translationis, cum hac postrema æditione con-
ferantur. Porro nec ea quam optabamus variorum
exemplarium nobis erat copia: plurimas enim bi-
bliotecas perscrutati vix quatuor aut quinq; di-
uersas ęditiones, manu scriptos vero codices nul-
los, potuimus inuenire. Huc accedebat temporis
angustia quæ diuturnas consultationes non ad-
mittebat, aduentatibus nundinis Francofordien-
sibus, in quas Typographus libellum hunc abso-
lutum cupiebat. Ne quis autem hanc viuendi ra-
tinem à Climaco præscriptam impossibilem, &
humanis viribus superiorem esse arbitraretur,
Pratum Sophronij pe fectissimis et Climacis for-
mulæ respondentibus vitæ exemplis ple-
num, adiecimus: vt theoriæ sua pra-
xis responderet.
Vale.